Kulczycki Consorti reformat

1835 ~~1813~~

suam importatam necnon aliam similem summam Quingentorum florenorum polonicorum ratione certi veri et iusti dotalicij vi et super tota et integra Medietate bonorum quibus omnium suorum haereditariorum obligationum mobilium immobilium summarumque quarumvis pecuniarum nunc habitarum et in post habendarum tum auri argenti clenodiorum monilium vestium vestimentorum pecorum pecuniarum equi rei actionis supplicis domicae cuiuscunque generis et materiae extiterint ac quocunque nomine et cognomine vocitentur nunc habitarum et in post habendarum nullis exceptis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra non derogando dedit dotavit dotaliciavit reformavit et inscripsit prout praesentibus dat dotat dotaliciat reformat et inscribit per ipsum consortem suam Nobilem Vanka Kulczycka Eandem Medietatem bonorum suprascriptorum cum omni iure Dominio et proprietate omnibusque et singulis eiusdem Medietatis attinentijs et pertinentijs utilitatibus fructibus proventibus redditibus nominis nihil excipiens tenendum habendum possidendum illisque pacifice et quiete utifruendo vigore ac more aliarum reformationum in regno Poloniae antiquitus observari solitarum

Id alteri Kulczyckiemu Statuet

Coram officio et Actis praesentibus castrensis Capitaneatus Premyslien. publice comparens Nobilis Fedorus Kulczycki olim Nobilis Lucae Kulczycki Daszyniec filius sanus mente et corpore Eximia Terris Dominis Iuribus Iurisdictionibusque suis quibuscunque proprijs et competentibus vnde praesenti vero castrensis Capitaneatus Premyslien. iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subijciendum atque incorporandum palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobilis Iuan Kulczycki olim Nobilis Vasko Kulczycki filio eiusque posteris se ac suos successores super bonis suis quibuscunque summisque quibuscunque pecuniarijs habitis et habendis inscribit et obligat

praesentibus